

opusdei.org

**Carta Brevis sane de
la Sagrada
Congregación de
Religiosos, de
alabanza del fin de
la Sociedad
Sacerdotal de la
Santa Cruz y Opus
Dei; 13-VIII-1946.**

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

17/01/2012

AGP, Sezione Giuridica, IV/15091.

SACRA CONGREGAZIONE N. 2777/43

DEI RELIGIOSI

Romae, die 13 augusti 1946

Rev.me Pater,

brevis sane temporis lapsus
pertransiit ex quo Haec Sacra
Congregatio ad Societatis
Sacerdotalis Sanctae Crucis atque
Operis Dei canonicam erectionem ex
actis atque satis abunde probatis
veniam libenter concessit, et iam in
dies ex diversis partibus copiosa et
quidem certa atque authentica
documenta perveniunt, quae
Institutum Tuum summopere
laudant et commendant. Satis
superque his documentis

comprobatur quod Sacra
Congregatio, re mature perpensa,
censuerat circa sanctitatem,
necessitatem atque opportunitatem
finis et apostolatus quem Institutum
Tuum sibi proposuit.

Igitur Tibi, Rev.me Pater, et tuis
omnibus qui in sancto, silenti, et
arduo apostolatu penetrationis sive
inter scientiarum cultores, sive in
publicis magisteriis, sive in civilibus
omnis generis professionibus strenue
adlaborant, ob copiosos iam obtentos
hucusque fructus, ob celerem
diffusionem quam nacti estis, ob
bonum spiritum quo Institutum
ducitur ex toto corde gratulamur

Animo volenti in iis quae fortiter
incepisti perge, Rev.me Pater, et
Tecum pariter pergant atque fdeliter
omnes, viri et mulieres, sequantur
qui quaeve ex divina vocatione tam
nobili et sancto Operi adscripti iam
sunt et in posterum adscribantur.

Dum cuncta omnia fausta prospera
Tibi, Rev.me Pater, Tuoque Operi
adprecor, Tui addictissimum in
Domino Me profiteor

+ Al. Card. Lavitrano

Praef.

+ fr. L. E. Pasetto

Secr.

Rev.mo Patri D. D. Iosepho Mariae
Escrivá de Balaguer y Albás

Fundatori et Praesidi Generali
Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis
et Operis Dei. Matriti.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

dev.opusdei.org/es-es/article/carta-
brevis-sane-de-la-sagrada-
congregacion-de-religiosos-de-alabanza-
del-fin-de-la-sociedad-sacerdotal-de-la-
santa-cruz-y-opus-dei-13-viii-1946/
(10/08/2025)